

VICTOR COMES CVRIENSIS.



Victor corporis & animi dotibus ornatus apud Rhetos & Curienses anno Domini 560. in magna authoritate fuit. Erat enim Comes Curiensis & Rhetorum princeps, qui suis uirtutibus finitimos sibi coniunxit, aut armis imperata facere coegit. Itaque factum ut Rhetorum ditionem mirum in modum auxerit & confirmarit. Habebat is in suis insignibus Capricornum. Cum autem eius familia (quae Zacconem & lactatum celebres eius loci principes tulit) suas possessiones paulatim pietatis amore praesulibus Curiensibus concederent, atque multi Episcopi ex ijs eligerentur, factum tandem est, ut eorum ditio, nomen, & insignia ad Curienses Episcopos transferrerentur, qui etiamnum magna gloria Capricornum in suis insignibus praeferrunt, Stumpff, lib. 10, cap. 17.

scopos transferrerentur, qui etiamnum magna gloria Capricornum in suis insignibus praeferrunt, Stumpff, lib. 10, cap. 17.